



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. IX. Reprehendere. Omnes inimicos repperire, prouerbiu[m]. Ravi.  
Correctus Plautus Epidico, Tere[n]tius Andria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Etiā agnum misi. E V. quo quidem agno sat scio

Magis curiosam nusquam esse vllam bestiam.

M. E. Volo ego ex te scire qui sit agni curio.

E V. Qui ossa atque pellis totust, ita cura macet.

In Timos.

Nanius Lycurgo. Iam ibi nos aduenientes duplicant timos vaporesque.

Corrigit Iunius, timos Panos; & intelligit τὸ πεινῶν: quod manes eius me condonent, non rectè. Potius timos transpositis legendum, timos pauosque. Vtrumque in exercitu formidolosum esse indicant templa Roma, Pauori & Pallori iam inde à Tullii regis temporibus sacrata, & Salij Pauorij & Pallorij iura hominum daemonum auerruncandæ instituti.

In Melos.

Nanius Lycurgo. Suauè summum melos.

Corrigendum, sed quod plerosque fugit: corrige, suasonum melos.

CAPUT IX.

Reprehendere. Omnes inimicos repperire, prouerbium. Rani. Correctus Plautus Epidico, Terentius Andria.

NON abs re Epidicum suam tantoperè amauit Plautus, fabulam inuentione arguta, sermone vario & facetiis affluentem: tum omni arte scanica expositam. Eius primo statim versu:

Hec adolescens. ΤΗ. quis properantem meprehendit pallo?

E P. Familiari.

Libenter correxerim, properantem reprehendit. Reprehenduntur propriè, quos in uia assecutos prehensio pallo remoramur, aut serui fugitiui, cum è fuga retrahuntur.

trahuntur. Milite: *Vel ille quæ me bere pallio reprehenderunt.* Bacchidibus:

*Aufugero hercle, si magis vsus venerit,*

*Si ero reprehensus, mactabo ego illum infortunio.*

Inde transitione in aliud se reprehendere Terentius est: animum iam iam exiturum quo non opus est uti retrahere. Adelpis:

*Sensi illico, id illas suspicari: sed me reprehendi tamen.*

*Ne quid de patre garrule illi dicerem ac fieret palam.*

Ita optimum fragmentum Colonienſe, omnino illius quàm edigi libri, me repressi tamen. quod certius a sciolis huc inculcatum apparet.

Scæna, Rem tibi sum.

*Qui inuidem, omnis inimicos mihi isthoc factore*

Non me fugit, sententiam hinc elici non incommo-

dam. Placet tamen impensius, *Quin vide, omnes*

id aptius ad consecutionem orationis est. Pro-

baliter iactabant, omnis se inimicos repperit

quam rem aduersus multorum, suorum, in primis

sententiam aggressi essent. Terentius:

*Per omnis tibi adiuro deos, numquam eam me*

*turum,*

*Non si capiundos mihi sciam esse inimicos omnis boni*

Scæna, Malè morigerus.

*ST. Ego te seruabo. EP. adepol ne illi melius,*

*Et suant.*

*Sed quis est hæc muliercula & illic raiustellus qui*

Non heri aut hodie primùm de hoc loco discer-

tum: sed iam ante Festi tempora, quantum videt

quid enim aliud causæ arbitremur, cur ille hinc

ad grauaustellus agnoscat, modò raiustellus? ver-

que certè explicat, cùm alterutrum tantùm verum

esse possit. Mihi, si fas est contra veterum Gramma-

Ant. Mu  
Varia Lec  
LIII  
28

torum auctoritatem niti, suspicio adhefit, fortean  
 um fuisse:

*Sed quis est isthac muliercula & illic rauus: ellus qui  
 venit.*

rauus cui canitie caput iam interspergitur, vnde ra-  
 um lupam Horatius dixit pro cana: & Varro, oeu-  
 raus: pro glaucis siue cæsis. Ellus δευτηριον est,  
 in Terentio:

*Nescio qui senex modo venit: ellum, considens, catus.*  
 ad quem locum operæ erit videre, quæ notarit Do-  
 ctas. Hanc tamen cōiecturam meam vt veram ef-  
 fe non præsto: ita fraudi mihi apud viri bonos &  
 auditos futurum non spero, quid mihi leuiter vi-  
 detur indicasse.

## CAPVT X.

*Tempori. Magis magisque. Scuta proiecta. Emaculata  
 fragmenta Sisenna.*

In L. Sisenna magnam iacturam fecerunt Roma-  
 ni litteræ, non solum historiæ causa, qua vicit om-  
 nes superiores: sed etiam linguæ ipsius, cuius bene-  
 farum fuisset & Cicero testatur & indicio sunt fra-  
 gmenta quasi gustus cuiusdam causa relicta nobis in  
 libris Grammaticorum. In iis hæc obseruabam.

Nonius in Manipulis.

*Sisenna lib. III. Coniunctus tamen & tempora singula con-  
 stituit, & manipulos sicut stetera obuerti iussit.*

*Tempore, & tempore signa constituit e. m. s. steterant.*  
*Tempore sæpè idem quod numero & celeriter. Ru-  
 dente: Vigilare hominem oportet, qui sua vult tempore con-  
 sere negocia.*